



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

61. Fer. 6. Christus D. valedicit Matri suæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

æ tibi scilicet tunc profusione vitæ pro Patre, & mortis sus-  
ceptione, cujus amaritudinẽ pro suis exfor-  
tionem habuit Christus, relictã dulcedine illius nobis,  
n, agoni ut nos diceremus: *Cupio dissolvi, & esse cum*  
hæc fera *Christo.* ad Philip. 1. Sed & perferendis pro  
ram: in nobis strenuè usque ad mortem laboribus,  
cognosca & genere mortis valde doloroso. Si Christus  
fuit Do præcepta Patris æterni nec subterfugit, nec  
contra ea apud alios, aut apud seipsum que-  
stus est, & cum pateretur, non comminaba-  
tur, in his mihi imitandus est, ne subterfugiã  
mandata ejus, neque conquerax.

MEDITATIO LXI.

Feria 6. Dom. Septuag.

*Christus Dominus valedixit Matri suæ*

*D. Bonav. c. 72. med. vite Christi.*

**V**ldebo Matrem dolorum ultima basia  
deferentem doloris Filio. Petam agno-  
scere sensum hujus avulsionis, & nullius per-  
sonæ affectu teneri.

*Conf. 1.* Amorem D. IESV erga suos:  
quia Pater eos amavit, & illi dedit; quæ enim  
in illis, aut ex illis, quantulãque ratio amãdi?  
Ejus exemplo omnes ut imagines, opera, ser-  
vos, filios Dei, amabo: clausis oculis ad sua  
cujusque, apertis ad ea, quæ in eo elucent, Dei.

*Conf. 2.* Idem suos, & quidem Matrem,  
etsi sanctissimam, permisit habere tristitiam,

**E**

**XIT,**

quando remansit duodennis in templo, quando egrediens de domo, & cognatione sua dixit, Matth. 12. *Qua est Mater mea?* Quando ejus extremae valedixit conversationi, ut Patris voluntati magis placeret: adeoque exemplo docuit piorum etiam amicorum desideria frustranda, ut Deo, Dñ: nostro magis placeamus, sed et

*Conf. 3.* Quanta mihi necessitas incubabat familiaritatem nimiam quorumcunque hominum vitandi, omnibus amicitijs renuntiandi, etsi spiritus prætendatur; qui enim spiritu incipiunt, sæpius carne consummantur: sed eorum maximè, qui amari cupiunt, familiaritatem vitare: quia apud eos amor spiritualis initio, plerumque desinit in carnalem, & ordinariè sordidatur, & inquinatur, fitque ineptus ad Dei amplexus, ac ejus obsequia, subtrahitque se ab eo Deus non minus quam sponsus elegans & mundus totus, a foedis & lutulentis manibus, & ore sponsæ. Dignoscetur hæc, si perpetuò nobis luceat divina lux, & veritas educens de ignorantijs & tenebris Ægypti, & adducens ad terram promissionis, ubi erunt omnes sicut Angeli Dei. Potestne hoc lumen à nobis detineri indefinenter? in qua laterna? in corde omni custodia custodito, in memoria verborum D. August. Ser. 165. de temp. *O juvenes stultitatis periculum mentis!* in cohibitione affectuum.

Stuum

lo, quã  
sua di  
Quando  
, ut Pa  
xemplo  
ria fru  
eamus  
ncum.  
cunqu  
renun-  
i enim  
nman-  
piunt,  
s amor  
in car-  
inatur,  
us ob-  
minit,  
tus, a  
onsa.  
luceat  
rantis  
erram  
Angeli  
eri in-  
omni-  
orum  
res flo-  
e affe-  
um.

stuum, quorum commotores sum sensus  
externi, & interni, ut eorum prudentiam dia-  
bolicam premere & opprimere non desista-  
mus: In appetitione unius Dei, & ambienda  
ejus amicitia, ut sit ipse amicus familiarissi-  
mus, qui protector fortissimus, comes ju-  
cundissimus, & omnia non tantum amicis,  
sed etiam servis suis est.

MEDITATIO LXII.

Sabbato Dom. Septuag.

*Septem Tortores Matris Dei.*

**V**idebo Dei Matrẽ toto corpore & animo  
cohorrescentem inter septem tortores.

Petã agnoscere illos tortores, & Divæ cõpati.

*Conf. 1.* Quomodo omnis res propendeat  
ad sui amorem, & si est capax formandi actũ  
amoris, non potest eum non elicere erga se:  
qui amor sui, est origo omnis alterius amoris.  
Amamus enim alia ex respectu, quẽ habens  
ad nos, & si quid ijs accidat sinistra, propter  
nos dolemus. Atqui *Caro IESV Caro est*  
*MARIAE*: D. Aug. Serm. de Assumpt.  
Unde si B. Virgo non plus dilexisset Filium  
suum, quã se ipsam, fuisset adducta quã  
maximè ad compatiendum: Atqui dilexit  
eum infinities amplius: Hinc:

*Aspiciam 1.* Tortorem, sensum commu-  
nem, propter quem etiam feræ, & apri accu-  
runt